

Handwritten text on the right edge of the page, including numbers and symbols, partially obscured by the binding.



1630.

1. Berneggerus, Mathias : De principe et iure officio.
2. Casparius, Christianus : Turis controversi positiones
verbales
3. Cursadi, Franchinus : De reversione contra ~~verba~~
injurias hodie passim usurpata
4. Jenckeworth, Theodorus : De annuis redditibus
emptione comparatis
5. Erhardus, Melchior : De querela inofficiosi
testamenti.
6. Kuffel, Daniel : De peregrinatione studioso-
rum. Oratio
7. Locamerus, Georgius David : De obligationum ex con-
sensu speciebus IV ; videlicet emptione - vendi-
tione, locatione - conductione, societate et mandato
8. Nicalis, Theodorus : De foro competenti seculari et
ecclesiastico.

1631

1. Cluber, Franchinus : De testamentis ordinandis

1631.

2. Deginck, Francus: De pignoris et hypothecis
amenisque jure praelationis 2.
3. Hüenerer, Adamus: De restitutione umpfucharia
ex interdicho unde res 3.
4. Langenbeck, Henricus: De cessione actionum 2.
5. Locamerus, Georgius David: De jure commerciorum.
6. Locamerus, Georgius David: De famosis libellis 3.
7. Locamerus, Georgius David: De Transactionibus 16.

1632

1. Mitschias, Casparius: De querela non numeratae
pecuniae 2.
2. Candelus, Georgius: De collationibus bonorum. 3.
3. Caurenius, Terentius: De appellacionibus.
4. Locamerus, Georgius David: De jurjurandis liti decisorio 4.
5. Tabor, Johann Otto: De officio judicis

1633.

1. Locamerus, Georgius David: De emptione venditione

1633

2. Locamerus, Georgius David: De pactis.
3. Locamerus, Georgius David: De prorogatione jurisdictionis.

1634

1. Locamerus, Georgius David: De matris.
2. Loebbecke, Zacharius: Selectae aliquot conclusiones ex materia renunciationis.
3. Meig, Johannes. Theoricus: De lege II C. de hered. petit.

1635

1. Pitschius, Casperus: De evictione feudi.
2. Locamerus, Georgius David: De contractibus immovien-
tatis.
3. Tabor, Joh. Otto: Procardicorum sive axiomatum
juris inuektorum. Disputatio I.
4. Tabor, Joh. Otto: De rerum divisione et adquisitio-
e earum dominio.

1636.

1. Frederici, Paulus : De creditorum concursu, qualitate et convocacione
2. Fritsch, Johannes : De precibus legatorum et fidei commissorum.
3. Lacomus Georgius David : De acquirenda vel omittenda hereditate
4. Taber, Johannes Otto : Selectarum juris quaestionum ad faciliorem paratellorum Wesembecii intellectum directarum disputatio II
5. Taber, Johannes Otto : Selectarum juris quaestionum ad faciliorem paratellorum Wesembecii intellectum directarum Disputatio I.
6. Taber, Johannes Otto : Paratella ad l. Fuliam in jura

his

1637.

1. Biceius, Gregorius : De heredum institutione

1637

2. Piccius, Gregorius: Commentationis ad locum juris
in l. possideri 3 § ex contrario 5 ff. de acqui-
et amittend. possess. pars prior.
3. Felzer, Magnus: Commentatio ad locum l. 3 C.
famil. ercisc.
4. Hoffmann, Philippus Ludovicus: Cui feudum finitum
vel amissionem aperiatur, ostenditur.
5. Lucanus, Georgius David: De legatis et fideicom-
missis
6. Mullinger, Ernestus Fidericus: De jure proceden-
tiae, praesentiae et sessionis praerogativa
7. Rebhan, Johannes: De cumulatione petitorii et
possessorii
8. Tuto, Johannes Otto: Selectarum juris questionum
ad faciliorem paratellorum Wersubecii intellectum
directarum disputatio VIII.

1637.

9. Taber, Johannes Otto: Testamentariorum questionum. Decisiones.

10. Taber, Johannes Otto: Selectarum juris questionum et
faciliorum paratellorum Wernbecii intellectum directarum
disputatio IV.

11. Taber, Johannes Otto: Selectarum juris questionum
ad faciliorem paratellorum Wernbecii intellectum
directarum disputatio V.

12. Taber, Johannes Otto: Selectarum juris questionum
ad faciliorem paratellorum Wernbecii intellectum direc-
tarum disputatio VII.

13. Taber, Johannes Otto: Selectarum juris questionum
ad faciliorem paratellorum Wernbecii intellectum
directarum disputatio III.

14. Taber, Johannes Otto: Selectarum juris questionum
ad faciliorem paratellorum Wernbecii intellectum
directarum disputatio IX ad h. l. l. III de postulando

15. Taber, Thomas Vno : Selectarum juris questionum
ad faciliorem paratitlorum Wemblicii intellectum
directarum disputatio V

1. Tab. Insum 1780: Selectorum juris peritissimum
et peritissimum peritissimum
peritissimum peritissimum

2. Tab. Insum 1780: Selectorum juris peritissimum
et peritissimum peritissimum
peritissimum peritissimum
disputatio II


3. Tab. Insum 1780: Selectorum juris peritissimum
et peritissimum peritissimum
peritissimum peritissimum
disputatio III

4. Tab. Insum 1780: Selectorum juris peritissimum
et peritissimum peritissimum
peritissimum peritissimum
disputatio III

5. Tab. Insum 1780: Selectorum juris peritissimum
et peritissimum peritissimum
peritissimum peritissimum
disputatio III

6. Tab. Insum 1780: Selectorum juris peritissimum
et peritissimum peritissimum
peritissimum peritissimum
disputatio III






PRINCIP
JUSQUE OFFICIO

JOHANNES BAPTISTA SCHWEDLER





QUOD DEUS OPT. MAX. FELIX ET
FAVSTVM ESSE VELIT,

576.

AUTHORITATE ET DECRETO

MAGNIFICI, CONSULTISSIMI ET AMPLISSIMI
JURISCONSULTORUM ORDINIS IN
CELEBERRIMA ARGENTORATENSIVM
ACADEMIA,

PRO CONSEQUENDIS IN UTROQUE JURE
SUMMIS HONORIBUS ET PRIVILEGIIS,
SUMMOQUE GRADU

DOCTORATUS

SEQUENTES

JURISCONTROVERSI
POSITIONES

CENSURÆ PUBLICÆ ET SOLENNI
SUBIICIT ET PROPONIT


CHRISTIANUS CARPZOVIVS,
Coldicensis Misnicus.


*Ad diem 17. Junij, in
Auditorio majori.*

ARGENTORATI,
Excudebat PAULUS LEDERTZ.

M. DG. XXX.

1630 2





IN NOMINE DOMINI
NOSTRI JESU CHRISTI

POSITIO I.

A Cris inter Dd. controversia est; anne is, qui ad navis confectionem credidit pecuniam, in ista navi tacitam habeat hypothecam? Permulti, sequentes *Accursium*, quibusdam legibus & rationibus juris affirmativam sententiam defendere conantur. Sed contraria negativa legibus & rationibus juris verior videtur.

II.

Non minor est & illa; si oppidum quis vendiderit, utrum jurisdictio illa, quam venditor in illo oppido exercuit in casu dubio cohæreat personæ vendenti, an verò territorio? *Wesenbec. parat. ff. de jurisdict. n. 10.* & alii quos recenset *Vultei. in tractat. feud. lib. 1. cap. 5. num. 5.* territorio & oppido adherere jurisdictionem asserunt. Contraria sententia, quod non oppido, sed personæ vendenti cohæreat, juri magis consentanea est.

III.

Sæpissimè dubitari solet de legatario, anne sit testis idoneus in testamento, in quo est heres institutus? *Francisc. Duaren. ad tit. qui testam. facer. poss. cap. 7.* recenset & approbat veterum quorundam opinionem, qui diinguunt inter testamentum scriptum & nuncupativum, & asserunt, quod non in nuncupativo, sed tantum in scripto testamento testis possit esse. Contrarium, quod in omni

tàm nuncupativo quàm scripto testamento legatarii sint testes idonei, à Dd. satis probatur.

IV.

Quæritur; si fecerit quis donationem mortis causâ, quæ in omnibus suis requisitis sit valida, postea verò testamentum, in quo nulla fit mentio donationis ipsius, an habeat ejusmodi mortis causa donatio effectum & sit valida? negativa juri nostro consentanea, placet.

V.

Permagna de donatione reciproca controversia est, an valeat illa hac lege facta, ut præ defuncti bona ad superstitem pertineant? Negant permulti. Sed quanquam pro contraria sententia nullus in jure textus sit perspicuus, at tamen si sit in imperio Romano consuetudine usitatissima receptum, de qua Gail. *lib. 2. pract. observat. 126. & seq.* & Myns. *cent. 2. observ. 33.* illam contrariam affirmativam etiam juri nostro convenire non improbabiler defendi potest.

VI.

Inter conjuges mortis causâ donationem non valere asserunt. Covarruvias *rubric. de testam. part. 3. num. 3.* Jul. Clar. *lib. 4. sentent. §. donatio qu. 9. num. 2.* Veruntamen hanc sententiam erroneam esse, firmissimis juris fundamentis probatur.

VII.

Omnis autem donatio semper ob liberos supervenientes revocatur. Negant quidem Donell. *lib. 14. comm. cap. 32.* & Arumæus *disp. 6. Exerc. 16.* qui plures alios allegat. Affirmantium tamen opinio verior videtur.

VIII.

Quod si vivo donatario liberi decedant, illam reconvalescere dicit Gomez. *Tom. 2. Variar. resolut. cap. 4. n. 12.*

textus

textus permultos pro sua sententia adducens. Sed contrarium verius est.

IX.

Ex capite ignorantiae plenum dominium per restitutionem in integrum praescribenti auferri putant, Zaf. in §. rursus ex diverso 5. num. 30. in tit. Inst. de Act. Andr. Gail. lib. 2. Observ. 19. num. 18. & 19. Sed ex jure nostro potius negativa sententia defenditur.

X.

Si testator conjunctim heredes instituit filium & nepotem, Menoch. lib. 4. praesumpt. 70. num. 10. Mantic. de conjectur. ult. volunt. lib. 4. tit. 9. asserunt, quod illi non simul succedere debeant. Sed quanquam horum opinio sit communior, teste Mantica, minimè tamen est juri consentanea.

XI.

De damnatis ad mortem frequens controversia est, ane hodie testamenti factionem habeant? permulti Dd. acriter contendunt, jus vetus esse correctum, & rationibus juris veteris sublatis, ipsos testamentum facere posse. Sed contraria negativa ad veritatem videtur propius accedere.

XII.

Treutler. Volum. 2. disp. 10. thes. 6. lit. a. negat, quod privilegia testandi militaria mercatoribus vel laniis victualibus, welche dem Lager Proviandt zuführen/ competant. Sed contrariam sententiam defendendam arripiam?

XIII.

Jus accrescendi à Testatore nequit prohiberi. Et licet hæc sententia sit valde dubia, uti videri licet apud Gomez. Tom. 1. variar. resolut. cap. 10. qui contrarium asserere conatur: Attamen satis hæc negativa fundata est.

A 3 Per-

XIV.

Permuli, de quibus Hænon. *in suis controvers. disp. 8. thes. 15.* hac in opinione versatur, quod Fiscus substitutum vulgarem excludat. Contrarium verius videtur.

XV.

Matth. Afflict. *decis. 204.* dicit, quod fraternum testamentum, in quo spurius heres institutus est, per querelam inofficiosi testamenti rescindatur. Sed hæc sententia juri non est consentanea.

XVI.

Negant Arumæus *Exerc. 10. thes. 18.* & alii, quod legitima Institutionis titulo sit necessariò relinquenda. Affirmantium verò sententia sufficienter potest probari.

XVII.

Vaud. *lib. 1. qu. 50.* & Bronch. *cent. 3. Miscellan. contro. assert. 36.* hanc sententiam probabiliorem & tutiorem judicant, quod parentum legitima non sit aucta. Sed contrariam veriore defendam.

XVIII.

Arum. *Exerc. 10. thes. 21.* Treutler. *Volum. 1. disp. 13. th. 13. lit. d.* asserunt, quod fratrum legitima jure civili non sit aucta. Affirmantium conabor defendere.

XIX.

Treutler. *Vol. 1. disp. 26. thes. 4. lit. d.* & Arum. *Exerc. 12. thes. 14.* negant, quod res immobilis possit deponi. Sed ex fundamentis juris affirmativa magis placet.

XX.

Disceptatur in foro de probatione librorum mercatorum; Gail. *lib. 2. observ. 20.* asserit, quod illi, si sua habeant requisita, semiplenam faciant probationem, ut proferenti possit suppletorium juramentum deferri. Jacob. Menoch. *de Arb. jud. quest. lib. 2. cent. 1. cas. 91. num. 19.* quem sequi

quitur Petr. Gilcken. *ad l. instrumenta s. C. de probat.* statuit, in iudicis esse potestate & arbitrio, ut ex circumstantiis personarum, rei, quantitatis &c. iudicet, an illi libri semiplenam, an verò plenam probationem habere debeant. Mihi *Donelli* sententia, afferentis, quod nullā penitus habeant fidem, vera & fundata videtur.

XXI.

Fachin. lib. 2. controvers. cap. 81. Donell. lib. 14. Comm. cap. 38. & multi alij defendunt, quod exceptio non numerata pecuniæ post biennium opponi non possit. Sed contrarium statuit *Gomez. Tom. 2. Variar. resol. cap. 6. n. 6.* Cujus sententia ut verior & æquior in usu & praxi recepta est.

XXII.

Dissentiunt Dd. Utrumne ante diem obligationi adjectum invito creditori solutio fieri queat? *Borch. in tract. de verb. Oblig. c. 6. num. 34.* & seqq. statuit debitorem invito creditore solvere non posse. Sed affirmantium opinionem arripiendam esse existimo.

XXIII.

Controvertitur inter Dd. uti videmus apud *Pinell. in l. 2. C. de rescind. vendit. part. 2. Rubr. cap. 1. num. 21.* an sit venditio & contractus nominatus, si venditio fiat indefinite justo pretio, id est, wann der Verkäufer sagt / er wolle es geben was es werth sey. Sed nullam venditionē, neque contractum nominatum esse, satis probatum habemus.

XXIV.

Fachin. lib. 2. controvers. cap. 30. qui & alios authores adducit, putat, quod Venditor non teneatur rem tradere, sed liberetur præstando id quod interest. Ego contrariam sententiam probabo.

XXV.

Petr. Gilcken. ad l. 12. C. de probat. num. 11 ubi & Salicet. num. 5.

num. 5. *Donell. 4. Comm 19.* unanimiter negant, quod ad translationē domini necessaria sit vacua possessio, eamq; venditor emptori præstare teneatur. Contrarium itidem tanquam verius est defendendum.

XXVI.

Quidam, quos refert *Hænon controvers. disp. 16. th. 6.* statuunt, quod Princeps subditis invitis bona auferre possit, quanquam pretium non refundat. Sed hæc assertio in jure nostro nullum fundamentum habet.

XXVII.

Negant nonnulli uti docet *Arum. Exerc. 14. thes. 10.* quod merces in locatione consistat in re quavis fungibili. Sed affirmativa sententia magis juri consentanea est.

XXVIII.

Assertio quorundam est, quod pecunia in societatem collata alter operam conferret, damno ejus non pereat, qui eam contulit. De qua *Salicet & Dd. in l. 1. C. pro socio.* Sed contrariam affirmativam veriozem habemus.

XXIX.

Sic & non desunt qui statuunt, quod debitum particulariter invito creditori solvi possit. Quod, si juris textus inquiramus, potius regandum arbitror.

XXX.

Quidam quorum rationes reperiendæ apud *Hottoman. illustr. quest. 10.* putant, quod pœnæ stipulatione novetur principalis obligatio. Sed negativa sententia verior apparet.

XXXI.

Fachin. lib. 9. controvers. cap. 76. multorum *Dd.* auctoritatem adducit, qui hac in opinione fuerunt, quod fidejussor, qui promisit reum præsentare, sub pœna, toties, quoties à judice fuerit requisitus, pœnam incurrat, si reus
in

in carcerem coniectus aufugiat. Contrariam amplector
sententiam.

580.

XXXII.

Traditur à quibusdam, Fidejussorem de tuto carcere
sub poena incidere in poenam, si principalis aufugiat eo
in casu, quo injustè detinebatur. Sed negativa sententia
probabilior.

XXXIII.

An omnes exceptiones, quæ reo competunt, fide-
jussori quoq; competant, pro & contra disputatur. Affir-
mativam sententiam propugnantibus adstipulor.

XXXIV.

Controversia non minima est, de qua Mynsing. cent.
6. Observ. 53. Gail. 2. obs. 30. si debitori dilationem ad solven-
dum datam creditor prorogaverit, ignorante fidejussore,
an fidejussor simpliciter & non pro certo tempore obliga-
tus, liberetur. Quod negandum existimo.

XXXV.

Treutler. Vol. 2. disp. 5. thes. 6. lit. e. requirit ad testimo-
nium testis idoneum, ut testis sit citatus. Sed absq; lege
hæc sententia profertur.

XXXVI.

Idem Treutler. d. disp. 5. thes. 8. lit. e. asserit, quod jure
civilicautum non reperiatur, foeminas in causis crimina-
libus testes esse posse. Quod contra textum juris expres-
sum assertum mihi videtur.

XXXVII.

Menoch. libr. 2. arbitr. judic. question. cas. 104. qui &
plures allegat, validum judicat testimonium, quando fra-
ter in causa fratris testatur. Sed huic rationes juris contra-
riantur.

B

Sichard.

XXXVIII.

Sichard. *ad l. eos s. C. de testib. num. 3.* ex mente Baldi respondet, quod etiam amici possint in testimoniū vocari. Verū inspectis juris textibus hoc non conceditur.

XXXIX.

Errant illi, qui asserunt, infames ad testimonium admitti posse in criminalibus.

XL.

Andr. *Alciat. ad l. 42. ff. de Verb. Signif.* uti allegat ipsum Arumæus *Exerc. 17. thes. 4.* & Treutler. *Vol. 2. disp. 30. thes. 1.* negat, quod furtum lege naturali sit prohibitum. Sed repugnat hoc juri nostro.

XLI.

Quanquam nonnulli extiterint, qui in re saltem pretiosa furtum committi statuerint: Contrarium tamen sententiam veriore & æquiore judico.

XLII.

De Tabellario, si pecuniam sibi aliò perferendam à Domino traditam in suos usus converterit, quaestio non est expedita, anne faciat furtum? quidam distinguendum existimant, utrum pecunia tabellario sit annumerata, an verò ei in sacculo obsignata sit tradita. Sed verior est illorum assertio, qui indistinctè statuunt, tabellarium furtum committere, quando pecuniam sibi aliò perferendam traditam in suos usus convertit, sive pecunia fuerit obsignata, sive non.

XLIII.

Donell. *15. commentar. 29.* statuit, quod furtum non committatur, nisi conjunctim ope & consilio contrectatio sit facta. Sed crebriori Dd. calculo contraria sententia defenditur.

Quam-

XLIV.

587.

Quamvis nonnulli quos videmus apud Mynsing.
centur. 4. observ. 4. & Covarr. libr. 1. resol. cap. 11. num. 6. veri-
tatem convitii, quod sciri Reipubl. interest, injuriantem à
pœna non excusare opinentur; Rectius tamen affirma-
tur.

XLV.

Sic & reperiuntur, qui dicunt, quod iudex injuriarum
actione teneatur, si aliquem injustè in carcerem conjece-
rit. Negativam veriore existimo.

XLVI.

Daniel. Moller. *part. 4. Const. Elect. cap. 42. num. 2.* af-
firmat, actionem injuriarum ad palinodiam esse crimina-
lem. Sed civilem esse satis probatum habemus.

XLVII.

Menoch. *de Arbitr. judic. question. lib. 1. cas. 80. num. 5.*
censuit, in publicis criminibus, quibus pecuniaria pœna
est imposita, absentem reum per Procuratorem defendi
nō posse. Videtur mihi contraria sententia amplectenda.

XLVIII.

Menoch. *de Arb. judic. question. lib. 2. cas. 324. num. 11.*
respondit, eum, qui hominem occidit, puta Sempronium,
cum alium, puta Cajum, occidendi animum haberet, ho-
micidii pœnā non teneri. Sed affirmativè potius videtur
respondendum esse.

XLIX.

Quidam Dd. *in l. generaliter §. sin autem C. de reb. cre-
dit. & jurejurand.* hanc prodiderunt sententiam: eum, cui
juramentum offertur, si Adversario suo illud referat, atq;
is juret, & ejus Juramentum Iudex secutus, ipsum, qui re-
tulit, condemnet, appellare posse. Quæ sententia juri ad-
versatur, ac proinde neganda est.

B 2 Affe-

L.

Afferitur etiam à multis, quod ille debitor, qui iuravit se soluturum, non possit objicere compensationem. Sed affirmantium opinionem defendam.

LI.

Treutler. *Volum. 2. disp. 31. thes. 5. lit. f.* statuit, quod unicum indicium ad torturam non sufficiat. Sed hoc ex jure civili non probatur.

LII.

Menoch. *lib. 2. arbitr. judic. quest. cas. 272. num. 5.* & Jul. Clar. *in practic. §. final. qu. 64. vers. ult.* concludunt, quod sine novis indiciis repetitio torturæ fieri non possit. Sed ex jure nostro contrarium videmus.

LIII.

Permuli opinantur, JCrum Modestinū in *l. si diuturno. 25. ff. de pænis* asserere, quod diuturnitate temporis pœna mitigetur, & criminis atrocitas minuatur. Sed est hæc opinio erronea.

LIV.

Alexandr. *in consil. 69. num. 8. lib. 2.* dicit, fures, qui de se confessi sunt, interrogari posse de sociis suis. Sed satis hæc opinio refellitur.

LV.

In consiliis suis permulti censuerunt, minorem 25. annis non comprehendi in statuto, quo cavetur, ut contumax in delictis habeatur pro confesso & convicto, & condemnari possit. Sed contraria sententia sit mea.

LVI.

Jul. Clar. *in §. læsæ Majestatis. num. 9.* & plures alij asserunt, quod ob crimen læsæ Majestatis ipsò jure bona confiscentur. Sed hæc assertio juri nostro non est conformis.

Res

LVII.

582

Res valde dubia & controversa est, uti videre licet ex Jul. Clar. *Praët. Criminal. quest. 39. versic. sed quero 4.* Utrum Magistratus debeat inquirere de crimine ejus, qui subditus est ratione domicilii, alibi commisso? Negant non pauci, quos allegat Jul. Clar. *d. loc.* Affirmativa verò sententia tanquam verior est defendenda.

LVIII.

Thom. *Grammatic. decis. 41. Princ.* putat, quod Lictores, qui ex mandato Judicis aliquem justè capiunt, impune possint eum resistentem occidere, licet modum inculpatae tutelae excedant. Sed hoc juri contrariatur.

LIX.

Johan. Harprecht. *ad §. 7. num. 46. & sequent. Inst. de public. judic.* defendit, quod non incurrant crimen laesae Majestatis illi, qui sub effigie & nomine inferioris alicujus principis vel civitatis falsam cuderunt monctam. Sed verius videtur contrarium.

LX.

Permuli conantur ex *l. 18. ff. de pæn.* probare, quod in criminibus conatus non puniatur. Sed ex jure minimè poterit hoc probari.

LXI.

Mench. *lib. 2. arbitrar. judic. quest. cas. 420. num. 105. & sequent.* ardentè ex jure civili Justiniano vult deducere, quod etiam cum soluta committatur adulterium. Sed contrarium verius est.

LXII.

Covarruvias *de Sponsalib. cap. 1. num. 11. & Jul. Clar. lib. 5. sentent. §. adulterium num. 9.* negant adulterium committi cum sponsa alterius. Affirmativam sententiam defendam.

B 3

Variè

LXIII.

Variè juris Interpretes docuerunt de illa controversia, utrum homicida ex proposito gaudeat immunitate Ecclesiastica, si confugiat ad Ecclesiam? de qua videndum apud Jul. Clar. *Pract. Criminal. quest. 30.* & Covarruviam *Variar. resolut. lib. 2. cap. 20.* Negativam assumam sententiam.

LXIV.

Sententia multorum est, quod poenâ parricidii non afficiantur illi, qui affinem, qui parentis aut filii appellatione venit, interfecerit, veluti socerum, vitricum, novercam, privignum, generum vel nurum &c. Affirmativam veriorum puto.

LXV.

Ex *l. ob. pecuniam 81. ff. de furt.* quidam concludunt, quod non pro peculatu debeat haberi, quando civitatis alterius superiorem recognoscentis pecunia surrepta atq; in usum privatum conversa sit. Contrarium verò firmiter ex jure nostro probari potest, nec tamen inde juris antinomia conceditur.

LXVI.

Falsam puto illam opinionem, quâ ex jure nostro volunt asserere, quod non omnium legum sit ratio.

LXVII.

Non est contra jus civile, quando dicitur, quod etiâ foemina possit feudum dare.

LXVIII.

Contra communem Dd. opinionem, de qua testatur Bronch. *centur. 4. assert. 83.* operam navabo, an firmiter defendi possit, ex nostro jure Justiniano non posse ebriû, homicidium committentem, poenâ capitali & ultimo supplicio affici.

In

LXIX.

In Imperio nostro Romano jus Canonicum potest
abrogare jus civile, & hanc assertionem in jure civili fun-
datam esse, defendendum assumam.

LXX.

Multi defendere conantur, quod Imperium Roma-
num sit feudum Pontificis. Sed falsa est ipsorum opinio,
ac proinde rejicienda.

DEO, à QUO OMNIA, SIT GLORIA.

Clarissimo Iuris Vtr. Candidat.

Dn. CHRISTIANO CARPZOVIO,

Amico suo honoratiss.

Carpzovi, Virtutis amor te caelitus urget,
Et mentem sacrâ flammâ animante movet.
Iuris amor junctus sacro virtutis amori
suavi, conjugio condit utrumque decus.
Hinc virtutis honor sequitur virtutis amorem,
tam pretiosus honor, quam preciosus amor.
Porrò juris honor sectatur juris amorem,
tam sublimis honor, quam generosus amor.
Nam virtutis amor sibi virtutem undique junxit,
In te virtutis flammaque luxque fuit.
Porrò juris amor simul & Sapientia juris
Dives in ingenio fulsit utrinque tuo.
Major amor vix est virtutis - juris honore,
Hoc carpes toto lumine grande decus.
Ius ut honorasti, sic te rursum orbis honoret:
Ius ut amavisti, te simul orbis amet.

Scrib. Argent. 8. d. Iun. M. DC. XXX.

Johann. Georgius Dorscheus,
Theol. D. P. Ord. & Eccles.

F I N I S.

LIX

In hunc modum notio Romano in Canoniam potest
apud hunc modum notio Romano in Canoniam potest
apud hunc modum notio Romano in Canoniam potest

LXX

Multis deinde etiam quod Imperium Romani
anni de conditio Pontificis Sed illa est ipsorum curia
ac prout notanda

DE GREGORIO PONTIFICIS SIT GEORGIA

DE CHRISTIANO CARPZOVIO

Johann. Georg. D. V. etc.
Theol. D. P. O. etc.

P I N T



X 2615926

VD.17



Inches
Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

MAX. FELIX ET
ELIT,
DECRETO
I, ET AMPLISSIMI
ORDINIS IN
ORATENSIIUM
UTROQUE JURE
PRIVILEGIIS,
ADU
TUS
TES
ROVERSI
NES
ET SOLENNI
PONIT
RPZOVIVS,
nicus.
ny, in
TI,
EDERTZ.
K.

576.

1630 2
1

